

Band V., Nr. 1438, Seite 201-203

Das längere Zeit zwischen dem Kloster Maulbronn und der Wittwe des Schultheißen von Besigheim Ita und deren Schwiegersohn Konrad Sumberin von Gröningen streitige Drittel des Zehnten in Löchgau wird im Wege gütlichen Austrages dem ersteren zugeschieden und der Maulbronner Abt sichert dafür einer Tochter Konrads die Aufnahme in das Kloster Rechentshofen zu, welches für den Fall der Unmöglichkeit genügender Verpflegung derselben ihre Unterbringung in einem anderen Kloster desselben Ordens zwischen Alpen und Rhein verbürgt.

Ohne Ortsangabe, 1257. April 8–15.

Pateat universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod, cum super tercia parte decime in Lochenkein inter venerabilem . . . abbatem et conventum de Mvlenbrvne^a ex una parte et dominam Itam relictam quondam sculteti de Besenkein et C̄vnradam suum generum de Gröningen^b vocatum Sumberin ex altera questionis et litis altercacio^c longo tempore verteretur, diebus placitis ad dirimendam ipsam litem plurimis constitutis et quibusdam etiam observatis tandem ultimo in hos viros et arbitros ydoneos et discretos, videlicet . . . decanum^d de Nieuern et . . . decanum de Besenkein fuit a partibus fideliter compromissum, sicut de plena ratihabitione in arbitrium compromitti solet arbitratorum constitutorum, ita quod quicquid ipsi duo ad decidendam ipsam litem et compositionem amicabilem vel secundum viam iusticie faciendam dicerent observandum, inviolabiliter teneretur a partibus hinc et inde. Dicti vero arbitri pacis et concordie zelatores litem huiusmodi funditus in hunc modum amicabiliter deciderunt, videlicet quod predictus C̄vnradus nomine memorate Ite ac omnium heredum ipsorum renunciavit publice toti iuri et omni nichilominus actioni quod ipsi habebant in tercia parte decime memorate vel habere quocumque tytulo videbantur aut esset eorum legittime successura posteritas in posterum habitura, offerens ipsum ius eorum et actionem per manus predicti domini decani de Nievern in sollempnem donationem virgini gloriose Marie in Mvlenbrvne super altare ipsius monasterii principale presentibus testibus subnotatis Rvdolfo^e Theloneario, Heinrico sculteto, C̄vnrado quondam sculteto et C̄vnrado

^aEs steht eben hier und im folgenden abgekürzt: *Mvlenbn ne*.

^bA': *Grvoningen*.

^cA': *altercacio*.

^dA': *videlicet H. decanum*.

^eA': *Rvodolfo*.

Fabro civibus de Grūningen. Et quia dominus Geroldus de Howenstein quoddam ius domini super partem terciam decime memorate ad eum asseruit pertinere, promisit idem Cŕnradius eandem decimam apud ipsum dominum Geroldum liberam facere sive etiam apud alios qualescumque, qui ipsam occasione ipsius Cŕnradi ducerent impetendam, nisi aliud intercederet de gratia speciali predictorum domini . . . abbatis et conventus de Mvlenbrvne. Hiis itaque sic peractis cum pacis et concordie affluxisset tranquillitas mentibus utrorumque, sepredictus dominus . . . abbas de Mvlenbrvne attendens devotionem predictorum domine Ite ac Cŕnradi sui generi promisit nomine^f sui conventus eidem Cŕnrado, quod pure ac simpliciter propter deum remota qualibet symoniaca pravitate vel specie, que possent ad inficiendam conscientiam sano iudicio deprehendi, unam de filiabus suis Agnetim nomine locaret in claustrum Rechenshofen in sororum ibidem manentium collegium et sororem. Et si forsitan post locationem factam infra quatuor annos decederet filia sic locata, de alia filia sepredicti Cŕnradi faceret ut de prima, expletis vero quatuor annis si decederet, nullatenus teneretur. Ad maiorem etiam faciendam cautelam dicto Cŕnrado super prebenda sue filie conservanda, videlicet si locum in Rechenshofen in subsidiis temporalibus conti[n]geret dissipari vel destrui tali modo, quod illi puelle non possent consueta necessaria ministrari, priorissa et conventus de Rechenshofen villam eorum in Rechenshofen cum decima et aliis suis attinentiis memorato Cŕnrado tamdiu obligarunt, donec in prebenda debita in domo alia eiusdem ordinis sita inter Alpes et fluvium Reni sepedicte puelle provideretur, provisione vero facta tali dicta villa cum decima et aliis liberaliter retransire deberet. Hiis etiam adiectum est, quod sepedicte . . . priorissa et conventus de Rechenshofen dictam villam cum decima^g vendere, commutare sive alienare non debent, quamdiu in obligatione tenebuntur superius memorata, nisi cum consensu dicti Cŕnradi vel eius, qui tunc tutor erit dicte puelle. Et ut hec rata permaneant, duo sunt instrumenta conscripta unius tenoris necnon sigillis illustris . . . comitis^h de Grūningen, abbatis de Mvlenbrvneⁱ, . . . priorisse et conventus de Rechenshofen, Wer. decani de Nieuern et . . . decani de Besenkein sunt ipsa fideliter roborata, quorum instrumentorum unum domino . . . abbati et conventui de Mvlenbrvne^j est traditum, alterum vero predictis domine Ite, Cŕnrado et eorum heredibus est relictum. Testes huius rei sunt: . . . plebanus de Grūningen, Eberlinus vice-

^fA': *e nomine.*

^gA' fehlt *decima.*

^hA': *H. comitis.*

ⁱA': *Mvlenbrvne.*

^jA' fehlt *de Mvlenbrvne.*

III

plebanus, Liuthardus miles, Heinricus de Hornberg¹, Cvnradus de Ditzingen, Rvdolfus Thelonearius, Cvnradus Faber de Hemmingen, Heinricus scultetus, Diemo filius Berengeri, Bertoldus scultetus, Diemo frater suus, Elbewinus frater suus, Hermannus Vberkvne^k, Wernherus Hvter, magister Anshelmus Faber, Dietmarus et Gozoldus^l fratres de Phorzein.

Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LVII^{mo}., infra octavam pasche.

—

Die Urkunde liegt in zwei Ausfertigungen vor. Dem Abdruck zugrunde liegt die in Stuttgart erhaltene Ausfertigung (A). Die Textabweichungen im Duplikat (A') sind in den Anmerkungen nachgewiesen.

An der Urkunde fünf Siegel, mehr oder minder insbesondere an den Rändern beschädigt. Das erste Siegel, wie es scheint, rund, die vier anderen spitzoval: 1) Das Siegel des Grafen Hartmann von Grieningen, der Rand fast durchaus abgebrochen (IV. A. 2): Drei Hirschstangen mit je vier Enden, quer linkshin übereinander, in einem Banner, von der Umschrift nur noch + S erhalten, vgl. die Abb. in FRIEDRICH KARL FÜRST ZU HOHENLOHE-WALDENBURG: Sphragistische Aphorismen: 300 mittelalterliche Siegel systematisirt, classificirt und erläutert, Heilbronn 1882. [unveränd. ND Walluf bei Wiesbaden 1973], Tafel V, Nr. 49. 2) Das Siegel des Abts von Maulbronn, ca. 44,31 mm (III. A. 2 a): Der stehende Abt, in der Rechten den Krummstab, mit der Linken ein geschlossenes Buch vor die Brust haltend, Umschrift: . . ABBATIS : IN : . . . ENBRVNNE . . 3) Das Siegel des Konvents von Rechentshofen, ca. 42 mm hoch (II. B.): Eine stehende Nonne mit einem das Gesicht offen lassenden Schleier und einer, wie es scheint, scapulierartig verlängerten Mozetta, Umschrift: S . CONVENT OFE . . 4) Das Siegel des Dekans Heinrich, ca. 45,32 mm (II. B.): Ein sitzender Rabe mit einer in drei Lappen auslaufenden Fahne, in deren Blatt ein Kreuz, besteckt, von der Umschrift erhalten: S . HAINRICI . DE[C]AN 5) Das Siegel des Dekans Beringer von Besigheim, 48,34 mm (II. B.): Ein widersehendes Lamm, mit einem in ein Kreuz auslaufenden Stabe besteckt (Osterlamm), Umschrift: + *Sigillum* BERINGERI . DECANI . I(n) . BESEKE.

Bei A' ist vom ersten Siegel noch etwas weniger vorhanden, die vier anderen sind in Säckchen eingenäht und zerbrochen.

^kA': *Voberkvone*.

^lA': *Gotzoldus*.

¹Wohl Hornberg, Altensteig, CW (wenigstens nennt die OAB Calw, S. 252, um diese Zeit einen Heinrich von Hornberg, während in Verbindung mit der Burg Hornberg am Neckar, MOS, um dieselbe Zeit ein solcher Name nicht bekannt ist; vgl. Krieger, Die Burg Hornberg am Neckar (Heilbronn, 1869), S. 29.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 515 U 31 und U 31 a

Überlieferung und Textkritik:

2 Originale. Abschriften im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 202, S. 159 und S. 161.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 4, S. 436 (Auszug).

Weitere Angaben

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Besigheim Wohnplatz (887)
Besigheim, LB
Ditzingen Wohnplatz (902)
Ditzingen, LB
Hemmingen Wohnplatz (991)
Hemmingen, LB
Hohenstein Wohnplatz (895)
Hohenstein, Bönningheim, LB
Hornberg Wohnplatz (6757)
Hornberg, Altensteig, CW
Innenstadt Wohnplatz (6718)
Innenstadt, Pforzheim, PF
Löchgau Wohnplatz (1010)
Löchgau, LB

Markgröningen Wohnplatz (1046)

Markgröningen, LB

Maulbronn Wohnplatz (7043)

Maulbronn, PF

Niefern Wohnplatz (7091)

Niefern, Niefern-Öschelbronn, PF

Rechentshofen Wohnplatz (1150)

Rechentshofen, Sachsenheim, LB